



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XIII. Der Bischof Ludwig von Brandenburg erlaubt der Elendenbrüderschaft zu Nauen einen eigenen Altar in der Pfarrkirche, am 4. Dez. 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

antiquam consuetam et probabilem videlicet circa summam siue quantitatem XX⁰. marcarum sic quod ad ulteriorum denuo nostri non arctari valeant nec debeant nomine pensionis siue contributionis annue dacionem siue ministracionem, permanere in antea sicut hactenus sineremus et quod hoc ipsis scriptis nostris ratificare seu confirmare dignaremur, cum instantissima diligentia supplicarunt. Quorum quidem rationabilibus petitionibus fauorabiliter annuimus iuxta vota ipsis consulibus et civitati nostre Nowen predictis ex benignolencia nostre gratie singularis meritorumque laborum et grauaminum, intrepide, prout pro constanti cognouimus, nostri nomine perpefforum consideracione, Quod circa solitam ab antiquo et probabilem ipsorum solucionem siue pensionem annuam denuo prout hactenus sine qualibet extorsione illicita remaneant, indulgere decreuimus et presentibus indulgemus. In cuius etc. Testes Hermannus Comes de Hennenberg, Beringerus Helo, Joh. Hufener, Hermannus de Wolkow et Otto de Luffow etc.

Nach einem Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs.

XII. Markgraf Ludwig verweist an die von Kröchern alle Lehnsleute in den Dörfern Rehow und Siegow, im Jahre 1336.

Wjr Ludwig etc. Wie vntbeden Lambrecht bullen kindere, Johann von rute, Conrad Stegheman, groue becher, Rudolf riken vnde sinen brudere, wynus, gerhart, Ertmer vnd brendenke Sarnowe, borgere tu der kyritz, Gerhardt von kliceke vnd sinen vrunden, borgere tu wittfoc, borgere in beiden steden tu brandenburg vnd borgere in der stat tu nowen, die dar lengut hebben in den dorpen tu retzowe vnd tu litzowe, vnd alle den burgern vnd buren, die in den suluen dorpen von her sillinge len gut ghehat hebben, alle lif vnde gnade. Wie willen vnd vntbyden, wie alle dat lengud, dat ghy von vns vnd von vnfen voruaren gehat hebben, dat schole ie von vnfen trauen mannen hern henrich vnd Jordan, brudern, gheheiten von krochern, vnd iren rechten ernamen vntvan vnd hebben tu rechteme lene, wan ie dat getan hebben, der manschap los, der ie vns von deme gude plichtech wern.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Sabelberg Bl. 6 u. 7 Nr. XIII.

XIII. Der Bischof Ludwig von Brandenburg erlaubt der Elendenbrüderschaft zu Nauen einen eigenen Altar in der Pfarrkirche, am 4. Dez. 1344.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, universis presentia visuris seu auditoris salutem in domino sempiternam. Pastoralem decet sollicitudinem ad augmentum cultus divini nominis semper intendere et subditorum mentes, quantum prevalet, ad hoc incitare. Devotionem itaque fratrum exulum sancti Nicolai in oppido Nowen nobis in Christo dilectorum specialiter proficere cupientes, ut unum altare in ecclesia parrochiali ejusdem oppidi in loco dictis fratribus ac plebano ibidem magis congruo fundare valeant et dotare, de consensu honorabilium virorum dominorum

Haupttheil I. Bd. VII.

Thiderici prepositi, Philippi prioris totiusque nostre ecclesie capituli nec non Weneri de Plawe, nunc plebani dicti oppidi Nowen, ipsis fratribus exulum concedimus et presentibus favorabiliter indulgemus, cuius presentatio ad eos fratres exulum perpetuis temporibus permanebit. Sane tamen rector ipsius altaris, qui pro tempore fuerit, missam suam pro voluntate dicti plebani cantando vel legendo perficiet et oblationes, si que ad altare, vel votive, que ad manus ipsius rectoris infra limites parrochie, ubicunque locorum hoc fuerit, adveniunt, illas idem rector dicto plebano sine diminutione qualibet presentabit. In cuius testimonium sigilla nostra Ludowici episcopi Brandeb. et capituli Brandeb. ac prepositi ibidem presentibus sunt appensa. Datum Brandeburg, anno domini M. CCC. XLIV. in die beate Barbare virginis.

Nach einem Copialbuche des Brandenburger Dom-Archives.

XIV. Markgraf Ludwig gestattet den Wollwebern und Tuchmachern zu Nauen ihre Lücher nach der Elle zu verkaufen und legt der Stadt einen freien Jahrmarkt bei, am 11. Sept. 1345.

Nouerint. Quod nos etc. Discretis viris Consulibus et vniuersitati ciuium ciuitatis nostre Nowen presentibus et futuris hanc facere decreuimus gratiam specialem, quod lanifices seu pannifices inhabitatores ciuitatis predictae pannos, quos faciunt vel facient, per unam particulariter incidendo sine impedimento cuiuslibet contradicentis vel contradicere volentis vendere poterunt et debebunt. Damus etiam et donamus predictis consulibus et vniuersitati singulis annis deinceps succedentibus liberas nundinas ad vltus communiter mercantium comparatas, siue forum annuale liberum habendi per diem dominicam, qua cantatur qualimodogeniti duraturas vel duraturum, plenariam facultatem sub omnibus Juribus, libertatibus, modis et conditionibus, quibus alie ciuitates nostre in suis nundinis contuntur. In cuius Testes Burggrauis etc. Datum Berlyn, anno XLV^o, dominica post natiuitatem virginis gloriose.

Nach dem Copialb. des Markgr. Ludwig betr. die Vegtei Barnim Nr. 31.

XV. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Altare des heiligen Kreuzes in der Pfarrkirche zu Nauen die von der Gröbenschen zwei Hufen zu Markee, am 10. Juli 1352.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus Romanus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, Sacri Romani imperii Archicamerarius, Comes palatinus Reni et Bauarie Dux, Ob reuerentiam et honorem omnipotentis Dei, genitricis eiusdem beatissime virginis Marie et omnium Sanctorum, in remedium salutare animarum progenitorum nostrorum et antecessorum nostrorum Marchionum Brandenburgensium felicis recordationis, nostre et heredum nostrorum, dedimus et presentibus sollempniter donamus altari de nouo fundando et dotando per fideles nostros dilectos Magistros et fratres Gildarum exulum et Sancti Nycolai in Nauwen in honore Sancte Crucis in ecclesia parochiali ibidem proprietatem duorum mansorum sitorum in villa Margke, qui